Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Vicientes tulerunt eum de monasterio et
conuocantes episcopos regionis illius.
ordinauerunt eum episcopum. IIII. Ordina
tus autem episcopus. tantum gaudium. tantamque
leticiam populo contulit ut se crederent
de tenebris ad lumen remeasse. illique tanta
eloquentia predicationis enituit ut omnes
mirarentur. Deinceps uero more apostolico
disponens omnia. cepit fana destruere.
ecclesias ornare. scismaticos ab errore com
pescere. sacerdotum ordinem moderari.
omnesque ad ueram catholice fidei normam
reducere. V. In initio episcopatus sui
sanctus Patrnanus hoc dedit signum. Fuit que
dam sanctimonialis femina in urbe iuris
Satiua nomine que ob necem christianorum
plorando amiserat lumen. et per annos sep
tem et menses duos nichil a deo nisi pacem
ecclesie cum lacrimis deposcebat dicens.
Et si oculis non sum digna uidere uel au
ribus audiam christiani populi consolationem.
VI. Que cum audisset prefatam ordinationem
quasi de graui somno euigilans data
manu puelle concito gradu licet offen
dens ad dei hominem properauit. At ubi ue
nit. inmensas gratias deo retulit. eique cla
mare cepit. Sanctissime Patrnane per
cuius honorem deus plebem suam uisitauit.
manum tuam super oculos meos impone.
et signum sancte crucis imprime ante quam
moriar. VII. Dixit ad eam sanctus Pat
ranus. Credis omnia possibilia esse in
christo credentibus. At illa dixit. Ego ab in
fantia christo credidi. et usque dum uixero christum
inuocare non cesso. VIII. Erat autem
quinta feria prope pascha. quando chrisma
conficitur. Veruntamen ille nichil aliud nisi
signum crucis de oleo sancto super oculos eius fecit
dicens. Qui tobiam illuminauit et ceco o
culos aperuit ipse te illuminet. Et statim ui
sum recepit. et glorificabat dominum ipsa et omnes
qui aderant dicentes. Quia uere patrem
et sacerdotem suscitauit nobis deus. Euangelium. Homo quidam.
R. de confessoribus. In translatione sancti Benedicti. Capitulum. Reg.
Dedit dominus confessione R. O laudanda
Ymnus. Xpe fili ihesu. In euangelio antiphona. Sanctissime
confessor domini monachorum pater et dux
Benedicte intercede pro nostra omniumque salute. In uit.
Nicolaus
Confessorum regem. Ymnus. Confessor dei. In I.
Nocturno. De uno confessore. Lectio prima.

Festiua beatissimi Bene
dicti sollempnitas christo domino
propiciante refulget. que fide
lium cordibus et affectum de
uotionis augere et spiritale gaudium
consueuit. Merito siquidem tanti patris
memorie idem fideles congaudent.
ut illud propheticum impleatur. Dicite iusto
quoniam bene. et item. memoria iusti cum lau
dibus. R. Euge serue. II. Constat
enim quod unum quemque sanctorum christia
na pietas tanto uenerabilius colit. quanto
celsius hunc adeo decoratum cognouerit.
Unde et istum patrem diuino quodam in
stinctu specialius amat. eius memoriam dul
cius recenset. R. Iustus germinabit. III. Non